

5 (*Annunziata*, n. 583)

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali

sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

5 (*Annunziata, n. 583*)

1375 gennaio 17, Ind. XIII, Matera

In nomine domini nostri Iesu Christi amen. Anno a
nativitate eiusdem millesimo trecentesimo septuagesimo
quinto. Regnante ... Iohanna, Dei gratia Ierusalem et
Sicilie regina, ducatus Apulie et principatus Capue,
Provincie et Forcalquerii ac Pedimontis comitissa,
regnorum eius anno tricesimo tertio, mense ianuarii,
die decimo septimo eiusdem, tertiedecime indictionis,
Matere.

Nos Tucius sire Rahonis, annalis Matere iudex,
Eustasius Angeli Paradisi, de eadem terra, puplicus per
totum regnum reginali auctoritate notarius, presbiter
Silvester Petri de Rosecta, presbiter Iacobus Nicolai de
Santogermano, presbiter Franciscus condam magistri
Rogerii Gacti, Antonius filius xxx Spinelli, Hocellus
Grisanti et Iacobus Nicolai de Madio, testes ... de
eadem terra, ... fatemur ... quod ... convocatis nobis
ad rogatum et preces nobis factas per ... Iohannem
de Yosca de eadem terra, ... procuratorem sororis
Fanelle ... priorisse monasteriiecclesie sante Marie
Nove, ... nec non ... per Nicolaum dictum Brelum,
filium quondam Simini Scaldati, et Gemmellam, filiam
quondam Simeonis notari Stephani, eius uxorem, de
eadem terra, ... accersitis... ante ecclesiam episcopatus
eiusdem terre coram ... abbate Brisancio, archipresbitero
Matere, et abbate Iacobo, decano Acherontino, ...
domini Bartholomei ... archiepiscopi Acherontini in
spiritualibus vicariis generalibus ..., prefatus Iohannes
... asseruit ... dictam dominam priorissam et alias
moniales eiusdem ecclesie ... habere ... griptam unam
cum platea ante ipsam, orto uno ante ipsam, sitam intus
in dicta terra Matere, in Saxo Barisano, in pictagio
ecclesie sancte Marie veteris, iuxta criptam dictorum

Nicolai et Gemmelle, iuxta criptam magistri Leonis Iohannis Choccule ..., olim predictae ecclesie...legatam per Rahonem sire Laverii, de eadem terra ... Et cum // (162v) cripta ipsa legata, cum aliis criptis iuxta ipsam in ipso convicinio existentibus, in hiemali tempore anni proxime preterite undecime indictionis adeo ruinam passa est, in tantum quod sine magnis expensis et laboribus intensis aditus et ingressus ad eandem et ab eadem faciliter haberi et preparari non posset ... ex cuius inabilitate cripta nullus redditus deinceps haberi posset ... deliberaverunt predictam criptam eis inutilem ... cum alia cripta prefatorum Nicolai Brelui et Gemmelle eius uxoris, que est sita intus in dicta terra Matere , in Sasso Barisano in pictagio ecclesie sancti Grisanti, iuxta criptam archiepiscopi Acherontini ... utili et fertili, ex qua cripta speratur haberi maior utilitas et conditionem ipsius monasterii facere meliorem. Et ut [de] inabilitate et incommoditate dicte cripte prelibati monasterii pro futuro tempore nullum possit dubium resultare, ... in nostrum predictorum presentia abbas Bisantius et abbas Iacobus ... asseruerunt ... ab eodem Iohanne de Yosca ... et aliis probis viris eiusdem terre, magis consiliis cause predictae, separatim et sigillatim, per sacramentum eorum super sancta Dei evangelia per eos corporaliter tacta, diligenter ... petiisse et ipsas solemneriter examinasse et invenisse de predictis criptis ... sic demolutas, oneratas et nullius redditus et comoditatis existere. Propterea predictus procurator, profitens, credens et dicens predictam permutationem ad utilitatem dicti monasterii ... cedere pariter et profectum, atque ipsius monasterii conditionem facere meliorem, idcirco, obtenta licentia ab eisdem ... vicariis, permutavit ... et assignavit predictam criptam, predicto monasterio

... inutilem, ... ipsis Nicolao et Gemmalle, stante ... cum eadem ... Gemmella Tucio de Montello, fratre suo et legitimo mundualdo, sub cuius // (163r) mundio mulier ipsa se esse asseruit et recognovit, consensum et auctoritatem sibi prebente..., interrogata quoque eadem Gemmella ... et diligenter examinata per nos, prefatos iudicem et notarium, de consilio sapientis, si ad premissa et infrascripta ... agenda per eam vim, metum, dolum, fraudem vel suasionem dolosam ab aliquo pateretur, et non reperta per nos quantum in hoc ipsam pati ... aliquid de premissis ...

1

2

3

4

5

Nos abbas Bisantius archipresbiter Matere reverendi in Christo patris et domini domini B. [aldassarri] Dei et apostolice sedis gratia archiepiscopi

Così F

Così F

Così F

Così F

Bartolomeo Prignano (m. 15 ottobre 1389), arcivescovo di Acerenza dal marzo 1363 al gennaio 1377, quando venne traslato alla sede di Bari, e quindi papa con il nome di Urbano VI dall'aprile 1378; ma Bartolomeo sin dal 1363 era impegnato presso la Cancelleria pontificia in Avignone e non risiedeva nella sua diocesi lucana; Eubel, *Hierarchia Catholica*, I p. 70 e voce *Urbano VI* in *Lexikon des Mittelalters*, VIII, col. 1285-6.

Acheruntini in spiritualibus vicarius generalis
predicto contractui permutationis consensum tribuimus
auctoritate vicariatus qui supra

Tucius sire Rahonis annalis Matere iudex

Ego presbiter Silvester Petri de Rosecta testor qui supra

Signum crucis proprie manus Iacobi Nicolai de Madio
qui interfuit scribere nescientis

Ego presbiter Franciscus condam magistri Rogerii
Gatti testor qui supra